

In natura. vt si vnū indiuiduum esset ex pte por-
cus et ex parte bos. monstrū merito diceretur.
Et quanto species ille magis distarent fm per-
fectionem nature. tanto magis eorum vnio mi-
rabilis appareret. Unde turpius monstrum eēt
compositum ex homine et boue q̄ compositum
ex asino et boue. Recte moraliter peccatores di-
cuntur multipliciter monstrosi. vel excessiua
magnitudine vnus peccati. vel ablaggrauatio-
ne magnorum et grauium peccatorum fm speci-
em distinctorum. imo quasi contrariorum. Sūt
enim quedam vitia que quāuis non sunt contra-
ria. pprie. verūtamen agunt vt communiter ad
diminutionē alteri. sicut superbia et luxuria nō
sunt eiusdem generis. tñ naturaliter luxuria ha-
bet ex sua feditate corrumpere superbiam. Un p-
sone multū date lubricitati inueniunt quasi so-
ciales et nō multum supbe. Similiter supbia cor-
rumpit luxuriam ex sui nobilitate. Sūt enī non
nulli ex indignatione supbie feditate luxurie de-
testātes. Si ergo aliquis inueniat q̄ ex vna pte
est lubricissimus. et ex alia parte superbissimus.
talīs debet monstrum reputari. vt puto q̄ est hō
per naturam. demon per superbiam et thaurus
per luxuriam. Narratur. vi. Ene. Virgilij. de mi-
nothauro filio Pasiphaes vxoris minois quez
ipsa concepit de thauo in bello marito moran-
te. Iste Minothaurus fuit semibos et semiuir.
vnde propter verecundiam sui generis excogi-
tavit Dedalus labyrinthum in quo Minothaur⁹
vitaz finiuit. vt patuit parte prima f. p. a. v.
Talia etiam monstra modernis temporib⁹ ac-
ciderunt. Eodem modo etiam moraliter pecca-
tor occiditur et vita eterna priuatur. et in labirin-
to perpetuo conseruabitur. De quo. ps. xlvij.
Laborabit in eternuz. et viuet adhuc in fine. De
tali turpiter magnificato dicit domin⁹ per Esa.
x. Visitabo super fructum magnifici cordis re-
gis assur. Assur interpretatur arguens siue con-
uincens. et talis arguitur et conuincitur a seipso
Hier. ij. Arguet te malicia tua et auersio tua in-
crepabit te. Hi sunt. iij. genera hoīm seipos ma-
gnificantes nec deo gratias agentes. nec ipsuz
magnificantes quos non debemus imitari cha-
rissimi. sed hunc alienigenam aduertamus et cū
ipso christum magnificemus. Juxta illud Luc.
j. Magnificat anima mea dominum vt cum eo
mereamur audire. fides tua te saluum fecit. ve-
ni in pace videlicet hic in gratia et in futuro i glo-
ria eterna. Ad quā nos perducatur iesus xps. zc.

Om̄ i ret ie

O sus i hierlm trāsiebat per me-
diā samariā et galileā. Lu. vbi
supra. Dicūt naturales q̄ inē
alias arbores ēre oliua dī ēē fecūdior. et sp reti-
net humorē. et sp in ipsa folia vel fruct⁹ inueniunt.
Et licet fruct⁹ oliue sit gustui amar⁹ tñ reduct⁹
ad oleū ē vtilis et suauis. cōdit ex eo cib⁹. vngit
caput. et nutrit ex eo lumen. Spūaliter per oli-
uam subaudi diuinam gratiam siue misericordi-
am p quā celum repletum est saluandis. qz non
ex operibus iusticie que fecimus nos sed fm
misericordiam suam saluos nos fecit. ad Titū
ij. Nam et ipsa misericordia de se dīc in ps. Ego
quasi oliua fructificauī in domo dei. Null⁹ vnq̄
celum intrasset nisi misericordia ipsuz induxisset.
vnde sicut oliua hyemali et estiuāli tempore
suum prebet vigorem. sic peccatoribus diuina
misericordia et iustis suū exhibet vigorē. de quo
ps. Hoīes. i. iustos et iumenta saluabis domine
quēadmodū multiplicasti misericordiā tuā deus.
vbi p iumenta intelligunt pccōres. Et sicut fru-
ctus oliue ē amar⁹ gustui. sic misericordia exigit
i pccōrib⁹ amaritudinē pnie et pcessiōis. de hoc
dīc canon de pe. di. j. s. serpēs dī. Multiplex mi-
sericordia dei ita lapsib⁹ hoīm subuenit vt nō so-
lum p baptisimi grām s3 etiā p pnie medicinam
spes vite reparēt cōne. vt q̄ regeneratiōis dona
violassent. pprio se iudicio dānantes ad remissi-
onem criminū puenirent. Et p⁹ pauca. Media-
tor inquit dei et hoīm Iesus xps hāc prepositis
eccleie tradidit ptatem vt pfitentib⁹ pnie satisfā-
ctionē darent et eadē salubri satisfāctiōe purga-
tos ad cōmunionē sacroz pia recōciliatiōis. mi-
sericordia admitterēt s3 licet dictū ē misericordia
exigit in pccōrib⁹ amaritudinē pnie nihilomin⁹
tñllis amaritudo vertit in dulcorē. qz ex ipsa cō-
dit oīs vtr⁹. Nisi enī misericordia acceptaret ope-
ra nra et suo sapore aut pinguedine gta deo red-
deret qcqd redderet facere possem⁹ esset insipi-
dum. vngitur ex eo caput nostrū. i. xps q̄ est ca-
put eccleie vt mitescat. vt cum irat⁹ fuerit miseri-
cordie recordabit. Et hanc misericordiā ostēdit i
his decem leprosis quos p suā mīaz a lepra mū-
dauit et ad sacerdotes misit dī. Ite oīdite vos
sacerdotib⁹ accipiēdo pniāz vt sic sua mīa etiāz
pniāz exigeret. Et de hoc dicit euāgelīū hodie-
num. In quo quidē euāgelīsta tria ponit. Infir-
mitatis narrationem ibi. x. viri leprosi ste. Sani-
tatis petitionē ibi. misere nri iesu. Beneficij re-
cognitionem. ibi. vnus autem ex illis. Circa
quod sciendum dicit Macrobij q̄ sol est me-
dius inter planetas affectus eorum concilians

De eadem dñica.
Sermo tertius.

Dñica xiiij. post trinita.

et etiam contraria elemēta. qz ad p̄ficiendā celestem armoniā hoc facit sol in suo circulo qd facit chorda in musico instrumento. **S**pūaliter p̄ solem intellige christū. ppter hoc qd sol ē fons luminis et causa caloris et vite corporalis in istis inferioribus. **I**uxta illud. **iij. phicoz.** **N**ō generat hominē et sol. ita christ⁹ est causa luminis. i. noticie spūalis et cā caloris. i. dilectiōis. et cā vite id est. gr̄e in oib⁹ creatur. vñ sicut sol radios vñ diqz. p̄iicit supra pulchra et supra fetida. ita xps radios bonitatis sue extendit nō solū ad bonos sed etiā ad malos eos ad penitentiā alliciendo. tpalia largiendo et penā debitā differendo. **I**ux illud **Matth. v.** Solē suū facit oriri sup bonos et malos. **E**t hoc patz de hodiernis leprosis quos radio sue bonitatis clementer asperxit eosqz ad penitentiā allexit cum dixit. **I**te ostendite vos sacerdotib⁹. **Q**ñ autem ita est qd sol p̄iicit radios suos super niuem aut glaciē et non liquefit. signū est qd aliquis planeta frigidus impedit radios solis et eius effectum. **I**ta moraliter qñ christus p̄iicit radios sue clemētie sup cor peccatoris congelatum sic qd faciat eum cogitare de beneficijs christi et sue incarnatiōis nostre redemptionis et peccatorū remissionis. **S**i tūc nō liquefit cor illud per deuotionē. signū est qd frigid⁹ planeta videlicet diabol⁹ p maliciā ifrigidauit. **H**iere. **vj.** **S**icut frigidam facit cisterna aquam suā. sic frigidam facit malicia animā suā. **S**ic etiā ad litterā sol iusticie christ⁹ extēdit radios misericordie sup illos decē leprosos. **S**ed nouē ex eis non sunt liquefacti in gratiarū actione et christi magnificatiōe. quēadmodū dicim⁹ videlicet samaritanus liquefact⁹ fuit. et signum fuit qd aliq̄ planete frigidi impediuerūt illd. **I**ste planete fuerūt legis sacerdotes qd hos nouē impediuerunt ne ad christū redirēt et grās ei agerent dicentes. qd mundationem suam ex lege habuissent. ppter quod dixit dñs. **N**ōne decē muniti sunt. q. d. vtiqz. et nouē vbi sunt. non est inuentus qui rediret. et c. **E**cce qd christ⁹ soli comparat. modo sicut sol est medius inter planetas effectus eo ruz concilians. **S**ic ad litteram christus fuit medi⁹ inter samaritanos et iudeos in qbus est discordia vt eos ad fidei catholice pduceret vnitatē et eos conciliaret. **E**t vult euangelista qd cum **I**esus in hierusalem transibat p mediam samariā et galileā. in hoc habuit se sicut lapidē angularis qd duos parietes simul cōbinat et connectit. ppter qd ip̄e ē pax nra qd vtraqz facit vnū. **E**ph. **ij.** tūc ponit infirmitatis narrationē dicens. **E**t cū ingrederet castellū occurrerūt ei decē viri leprosi. **E**cce infirmitas fuit lepra. **S**ed moraliter est notandum. per lepraz intelligitur

peccatū mortale. ppter duo. **P**rimo. ppter pcti generationē. quia sicut lepra generat lepram. et ois hō abhorret leprā qd iter alia ē maxima pena leprosis. eo qd ois sanus illos nimis abhorret. ppter qd scz leprosus vellet oēs esse tales. **M**odo sicut lepra generat aliā. sic vnū peccatū generat aliū. quod probat. **S**icut superbia que vult omnes alios p̄cellere dolet si ei aliq̄s eq̄tur. et sic ex ea generat inuidia. **I**nuidia vero qd de facili irascitur. ei cui inuidet iam ex ea ira generatur. **I**ra vero cum se non potest vindicare tristatur. quare nascit ex ea accidia. **A**ccidia vero querens consolationē temporalem generat auariciam. **A**uaricia vero quia temporalibus abundat pōt magis exercere gulā. **G**ula vero ppter ventris repletionē de facili spumat in libidinem. et sic luxuria generat. **S**ecdo pctm mortale significat p leprā. ppter verbi dei reiectionem quia sicut p infusionē aque sup cutē leprosi statim reijcitur et labitur aqua. **H**abet enim quodāmodo corruptam pinguedinē inter cutem et carnē. quia superficies cutis totaliter redditur vinctuosa. ita qd aqua sup cutē fusa statim inde reijcitur et labitur. et cuti nequaquā adheret. **S**ic in proposito contingit anime peccato mortali subdite. **C**um enim sup illā infundit predicatio nis aqua. tota inde labit. nihil remanet ibi. qz corruptus affectus animam occupat vt nulluz locū inueniat ibi sermo dei. **Q**uia dicitur **Sap. j.** **I**n malivolam animā. id est. in animā cui placet peccatum non introibit sapiētia scilicet verbi dei. nec habitabit in corde subdito peccatis. id est. in homine subdito carnalibus vitijs que causant ebetudinem mentis. **N**am vita talium ē brutalis. **j. Ethicoz.** **N**am animalis homo nō percipit ea que sp̄itus sunt. **j. Corinth. ij.** **S**i ergo volumus qd sapientia dei regnet in nobis non regnet in nobis peccatū. **S**icqz patz qd per leprā peccatum designatur. **S**ed notandum qd **quattuor** sunt lepre principales. **P**rima puenit ex corruptione sanguinis. et dicit elephantina ab elephante magno animali qd crura habet inflexibilia. **S**ecunda vero prouenit ex corruptione flegmatis. et vocatur tyria a tyro serpente venenoso et valde nociuo. et est valde nociua. **T**ertia prouenit ex corruptione melancolie. et dicitur vulpina ab animali illo melancolico et astutissimo. **Q**uarta dicitur prouenire ex corruptione colere et vocatur leonina ab illo animali fortissimo. et ista post qd corp⁹ occupauerit. vix aut nunq̄ sanatur. **S**ic moraliter quattuor sunt peccata principalia animā leprosa efficiētia. **P**rima est superbia. et significatur per primā lepraz que dicitur elephantina. quia supbia puenit ex

sanguine corrupto videlicet qñ quis gloriat in
sui sanguinis nobilitate inaniter supbiens. cum
tamē oēs pariter putredo et vermes sum⁹. ideo
non est superbiendum de sanguinis nobilitate.
vt sufficienter de hoc posui in opusculo de scis.
de sancta videlicet **Pedui**. sermone secundo.
Quia etiam canitur de sancta **Elisabeth**. Gene
rosi sanguinis parumpendit titulū. **Compāt** eti
am superbia elephāti crura habenti inflexibilia
et recte significat supbiā diaboli. qz a celo ex
clusus est ppter illā inflexibili pseuerās obstina
tione. **Uñ** hugo li. i. de aia. **Supbia** inq̃t in ce
lo nata ē velut imemor p quā viā inde cecidit. il
luc postea redire omnino nō potuit. **Scdm** pec
catū ē inuidia. et significat p leprā que dicitur ty
ria. **Quia** sicut illa icipit corrodere ad membra
exteriora pcedens. sic inuidia ē primū sui auto
ris corrosiua. nam pmo cruciat dominum suū
corde et mente. quia hanc punitionem iust⁹ deus
iuste intulit inuidioso. vt prius in seipso perma
neat cruciatus. **Unde** Gene. in libro de morib⁹
Utinam inuidi oculos in omnibus ciuitatibus
haberent vt de omnibus facultatibus toquerē
tur. **Nam** quanta feliciū sunt gaudia tāti sunt
gemitus inuidorum. **Et** hec est tyrii similitudo
et inuidi. nam serpens ille maliciosus et quot ha
bet maculas exteri⁹ tot habet dolores interius
Quia inuidus quot videt bona exteriora. tot in
terius patitur tormenta. **Tertium** peccatū vo
catur avaricia. et assimilatur tertie lepre que vo
catur vulpina. que ex corruptione melancolie
causat. in qua terra pre ceteris dominat. quia
sicut vulpes multiplices habent dolositates et
fraudes. ita avarus astutia et fraudib⁹ plen⁹ est
Nam vulpes raro a canibus capi potest. **Tan**
ta est enim eius sagacitas. vt cum capta videat
et a canibus preuenta reuoluit se per arbus et
dirupta canes decipiens. **Ita** venatores fodi
unt foueas. et tunc cum vulpes putat secure ice
dere subito in foueam cadit et capitur. **Moraliter**
canes in sacra scriptura aliquando predica
tores significant. vt **Lu. xvi.** **Canes** veniebant
et lingebant vlcera eius. id est. predicatorum sa
nabant vlcerositatem peccatorum gentilis po
puli. **Quia** sicut lingua canis est medicinalis. et
latratus eius fures expellit. **Sic** predicator lin
gendo vulnera peccatorum per predicationem
sanat illa. et fugat fures et latrones. quia minan
do penas gehenne peccatorib⁹ pellit ab eis de
mones et eorū temptationes. **Igitur** canes isti
insequuntur vulpem cupidum et avarum vt re
ducant eum ad penitentiam et capere eum non
valent. **Quia** cum videtur aliquando penitere
tactus aliquāli infirmitate statim de eorum fau

cibus fugit recepta sanitate aut recuperata. **Sed**
venatores demones hoc videntes observant vt
cadat in foueam aut sepulcrum cum credit se
securiorem esse ipse avarus. et sic occiditur. nec
potest ab hac vlla astutia liberari. nec profunt
illi diuitie quicq̃. **Sic** contigit illi diuiti de quo
Lu. xvi. **Dormiens** est diues. et sepultus est in
inferno. **Quartum** peccatum est ira. et significa
tur per quartam lepram que dicitur leonina. qz
sicut illa prouenit ex corruptione colere. que si
non excedit non obest. **Sic** ira ex corruptione
tunc procedit quādo relicta correctione frater
na non ad correctionem vitiorum. sed ad corre
ctionem personarum anhelat. **Contra** quod di
citur dist. lxxxvi. ca. odio. **Odio** habeantur pec
cata non homines. corripiantur timidi. tollerē
tur infirmi. et quid seuerius. castigari necesse est
non sciuentis plectatur animo. s; medent. **Hec**
sunt quattuor peccata significata p quattuor le
pras s; dictas q̃ oia curant pnia. **Figura** huius
habet in **Leuit.** vbi leprosus mundat⁹ radebat
caput. supcilia et barbā. **Deinde** lotis vestibus
eius introducebatur in castra vt offerret sacrifici
um. **Sic** peccator si vult sanari debet radere
caput. i. supbiā deponere. q̃ significat p caput.
vt debet dponere hec pctā mortalia p pfectionē
oris. cordis et operis. et debet lauari lachrymis
pscientiā suā. **Ultimo** debet offerre sacrificium
satisfactionis. et si hoc pctōr agit sanitatem inte
gram psequit. **Quia** dicit **Aug. li. de pnia.** **Peni**
tentia languores sanat. leprosus curat. mortuos
suscitat. sanitatē auget. grām pseruat. et hoc ad
primum. **Quantū** ad scdm ponit euangelista sa
nitatis petitionē ibi. **Qui** steterunt a longe et le
uauerunt vocem dicentes. **Iesu** preceptor mise
rere nostri. **Pro** quo notandū qlibet bon⁹ citha
rista pparat et moderat citharā suā priusq̃ citha
risset corā magno dño. et tūc intrat ad pulsandū
Purpē enī melodiam faceret et deformē nisi p
us cithara esset moderata. **Moraliter** p citha
ram significatur deuotū cor iuxta illud. **Confi**
temini dño in cithara. i. in recto et bono corde.
De isto quidem procedit dulcis melodia dñi est
bene preparatum et moderatum vt dicat domi
nus **1. i.** **Sonat** vox tua in auribus meis.
Vox enim tua dulcis et facies tua decora. **Sed**
interdum contingit q̃ disturpatur per peccatū
ita vt malum sonum faciat orationis corā dño.
Idcirco quilibet homo q̃ significat hic p citha
ristā debet preparare cor suū et mūdare q̃ vult co
ram dño celoz suauiter orando citharizare sed
tūc cor suū p posse pparat cū a pctis mortalib⁹
cessat. et hoc innuitur in pñti euāgelio cum dicit
de bis. x. leprosis q̃ steterūt. p quod moraliter

Dñica xiiij. post trinita.

significat q̄ ille qui vult salutē aīe sue impetra-
re orōnib⁹ debet a pctis cessare. **Q**z scim⁹ q̄ de
us pctōres inq̄tū pctōres nō exaudit **Ioh. ix.**
Est ergo p̄mū qd̄ requirit ad salutē impetrationē
a pctis cessatio. z t̄gīt ibi. steterunt. **N**ā pctōz
debet stare. i. a pctis cessare. **I**deo dñs dixit pa-
ralytico. **N**oli peccare. **Jo. v. Et. c. ix.** dixit ad-
ultere. **V**ade z t̄a noli peccare. s. vt possim te sal-
uare. **P**ersona enī consueta bona societate z fi-
deli dū transit p̄ loca periculosa nunq̄ debet se
elongare a socijs. latent enī interdū latrunculi
in nemorib⁹ q̄ nequaq̄ inuadere audēt multos
simul. **S**ed si solum a societate distantē reperi-
unt illum capiunt. expoliant z aliqñ occidunt.
Moraliter bona societas est fidelium congre-
gatio a quibus non debet homo separi p̄ recidi-
uum peccati. quia demones latent in itinere mū-
di. **Q**uia fm̄ **Greg. i. omel.** Quasi latrunculi iter
nostrū obsident. z si videant quēpiam a societa-
te christi z suozū fideliū p̄ peccatū sepatū spoli-
ant ipsum omnib⁹ bonis spūalib⁹. **E**t hoc figu-
ratū est **Gen. xxiiij. q̄** **Iacob** cum **Lya** z ei⁹ fa-
milia fugiebat de mesopotamia fugiens a p̄sor-
tio **Laban** qui volebat eius familiā captiuā de-
tinere. **C**ūq̄ **Iacob** transiret in **Sychem** urbem
sychemozū que est in terra **Chanaan** **Dyna** fi-
lia **Lye** relictis parentib⁹ z fratrib⁹ sola descen-
dit vt videret mulieres regionis vt sibi emeret
iocalia more puellarum. z capta a **Sychem** re-
ge violata est ab eo. z passa stuprū omni tempo-
re confusa fuit. **S**pūaliter **Iacob** interpretatur
supplantator z significat christū qui in humani-
tate omnia vitia supplantauit. **Q**uia peccatum
non fecit. **Esa. liij.** **S**ed **Lya** interpretat laborio-
sa. z significat ecclesiam christi fidelium q̄ sem-
per est in labore bono pro vita eterna acquirē-
da. **P**er **Dynam** autem intellige animā quā ve-
rus **Iacob** christus ducit de mesopotamia que
interpretat eleuatio cuiusdā vocationis. z signi-
ficat mūdū. videlicet vt mūdū spernat z ei⁹ pec-
cata. z vt sequat̄ ipsum in terram natiuitatis. i.
ad celū. **S**i autem illa reliquerit christū z cōgre-
gationē fideliū z vadit videre iocalia. i. delecta-
tiones peccatozū. rapit a **Sychem** qui est ebr⁹
z significat diabolu qui ē violator. quia pudici-
ciam quā christū sequēdo acquisierat diabolus
conculcat z remanet abiecta z expoliata gra-
tius z vulnerata peccatis. **E**t hoc tangit dictus
Aug. in li. sol. qui loquitur de demonibus. **I**psi
dñe obseruauerunt me z videntes me sine te de-
spererunt. diuiserunt sibi vestimenta mea quib⁹
ornaueras me. fecibus peccatozū polluerunt
templum sanctum tuum. posuerunt me desola-
tum. **Q**ua ppter debet quilibet homo stare nec

in peccata recidiuare. **Q**uia qui semp recidiuat
z nunq̄ a peccatis cessat blasphemiam in spiri-
tus sanctum committit. quam neq̄ hic neq̄ i fu-
turo seculo dominus remittendaz asseruit. vt dī-
cit **Aug. de peni. dist. j. §. potest.** **S**ecundū qd̄
requirit ad salutis impetrationē est peccati vi-
litis consideratio. quia steterunt a longe qua
si verecundantes de immūdia. **S**ic peccator
debet considerare suozū peccatozū vilitatē
que immunda sunt super omnem immundiciam
corporalem. **N**am immundicia corporalis tñ
fetet eos qui prope sunt. **I**mmundicia aut spūa-
lis peccatozū non tantū fetet ad angelos dei
qui sunt circa nos. sed etiam vsq̄ ad altissimum
dei conspectum. **I**deo dicit **Hugo in li. de bono**
cōscientie. **T**ollerabilior est canis putridus fe-
tens hominib⁹ q̄ anima peccatozū deo. **I**deo
propter erubescētiā debet homo a longe sta-
re. quia fm̄ **Aug. de peni. dist. j. §. quez penitet**
Erubescētia est magna pena. qui erubescit pec-
cato dignus est venia. **T**ertium est humilis de-
uotio. quia eleuauerunt vocem in altum videli-
cet per deuotionem. **S**ic peccator clamare de-
bet ad deum cum deuotione. quia deuotio ē cla-
mor magnus in auribus dei. ita q̄ ad celum p-
tenditur. **U**nde **Exod. xiiij.** dictum est **Moyfi.**
Quid clamas ad me. qui non clamaui ore. sed
cordis deuotione. **E**t hoc exponit **Aug.** **C**la-
mat inquit qui mūdi vanitates spernit. **C**lamat
ad p̄ximū qui sua dat z dispergit pauperibus
pro christo. z iusticia eius manet in seculū secu-
li. **C**lamat ad christū qui dicit nō tantū lingua
sed vita. **M**ibi mundus crucifixus est z ego mū-
do. **Q**uartum est vocalis oratio. quia vocem le-
uauerunt videlicet per apertam orationē. **S**ic
peccator leprosus debet ad deū clamare vt mū-
dis fiat dicendo cum **p̄s. l.** **C**or mundum crea
in me deus. zc. quia pura oratio est peccatozū
purgatio. vt dicit **canon. j. q. j. dicit.** **Q**uintū est
diuine misericordie imploratio. qz dixerūt. **I**e-
su p̄ceptor mifere nr̄i. **E**t ista orō fuit spūalis z
nō tpalis. vt videlicet peccator pot⁹ spūalia q̄
tpalia petat. z si petat tpalia vt cū moderamine
fiat vt dicit **Aug.** qñ a deo petitis tpalia cū mo-
do petite z cum timore illi quem petitis cōmit-
tite. vt si scit prodesse det. z si scit obesse nō det.
Sextum est oris confessio. quia dixit dñs. **I**te
ostendite vos sacerdotibus. **S**uper quo dīc **Au-**
gustin⁹ de peniten. dist. j. §. Quem penitet. **O**m-
nino peniteat z dolorem lachrymis ostendat.
representet vitam suam per sacerdotem. preue-
niat iudicium dei per confessionem. precepit do-
minus mūdandis vt ostenderent se sacerdotib⁹
docēs corpali p̄ntia p̄fitenda peccata. hec ille.

Ubi nota q̄ sine confessione nō potest hō ad cō
fortium sanctorum peruenire. quia indecens est
et vituperosum ubi omnia sunt munda illuc cum
sordibus appropinquare. nam talis ut fedator
mundicie cum rubore est a consortio aliorum ex-
cludendus. **S**piritualiter in curia celestis regis
omnes sunt munda. Nullus enim cum sordibus
ibi appropinquare audet seu morari. fedaret
enī loca purissima et mansiones amenas s̄s san-
cti in pulchritudine inhabitāt. de quib⁹ **Nume.**
xxiii. Quā pulchra tabernacula tua **Jacob.** In
de est q̄ statim excluditur et expellitur cū rubo-
re. **D**icit enim dominus per **Esa.** Recede a me
non appropinques mihi. quia immundus es.
Ideo primo debemus mundari ab omni sorde.
si cupimus in atrium glorie introire. **F**igura **Le**
uit. v. **Nume.** ix. ubi precepit dominus purifi-
cationem immundorum fieri in hunc modum. Qui
enim tangebatur rem immundam aut mortiferum
quid. ut iumenta vel hominem aut ferā occisā
immundus erat. **I**deo indigebat purificatione
et fiebat isto modo. quia offerebatur sacerdoti
agnus sine macula. duo pulli turturum aut co-
lubarum et similis a purissima de qua panis fie-
bat. de quo solus sacerdos pro illo die tñ ede-
bat. reseruari autem in crastinum non potuit si-
ne putredine. **M**oraliter autem tria sunt in hoc
mundo immunda quibus homo sordescit et ma-
culat i anima. s. concupiscentia carnis et oculorum
et supbia vite. **D**e concupiscentia carnis dicit **In**
no. de vi. hu. cōdi. li. ij. c. xxi. **D**extrema libidi-
nis turpitudine. que nō solum mentem effeminat
sed corpus eneruat. non solum maculat animā
sed fedat personam. **C**oncupiscentia vō oculorum
est res mortifera. quia auaricia suū possessore
occidit. **J**uxta illud **Aug.** in quodam sermone.
Auarus inquit anteq̄ fouetur seipsum perdit et
anteq̄ quicq̄ capit capit. **S**uperbia vero vite
dicitur fera pessima que occidit diabolū. et si
quis hunc tetigerit qui hac fera occisus est. scz
diabolū immundus erit. **Q**uivero immundos se
nouerint studeāt se p̄ p̄fessionē mūdare. **S**z no-
ta q̄ nō sordidat aīa nisi p̄ tactū. i. p̄ sensum rez
imūdarū. qz dicit **Aug.** in quodā libello. **C**ogi-
tatio aut̄ et tēptatio quātūcūqz turpis mētez nō
polluit si rō nō p̄sentit. **I**n purificatione aut̄ hui⁹
imūdicie debet offerri agn⁹ sine macula. s. xp̄s
q̄ ē agn⁹ tollēs pctā mūdi **Joh.** i. **E**t ē oblat⁹ in
cruce **Esa.** liij. ad purgandū immundiciā ipsoz
pctōz. deinde debet offerri par turturū. p̄ qd si
gnificat par oculorū gementiū. **Q**uia dicit **Gre**
go. sup̄ **Ezech.** omel. viij. **H**olocautū est bonuz
opus qd lachryme pfundunt. **H**olocautū pin-
gue est qm̄ hoc quod bene agit corde humili per

lachrymas irrigat. **S**z querit ultimo similia pu-
rissima et rectissima de qua fiunt panes ad esum
sacerdotis tñ. qz ipse solus debet act⁹ p̄fessiois
meditari. et p̄ illo die tñ. i. p̄ hora seu tempe quo
peccator p̄fitect pctā sua. **C**ū enī p̄fessor illa me-
ditect ut cognoscat qd et quale impendat pctōi
vile remedium. **S**z vltra temp⁹ illud penit⁹ nō
reseruet. qz si hmoi panes in crastinū vellet re-
seruare sentiret illos in arca anime sue peccati
putredinem generasse.

Dñica. xv. post trini. Sermo. f.

Sermo potest du

Dobus dñis seruire. aut enī vnum odio
habebit et aliū diligit. aut vnū sustine
bit et alterū p̄temnet. **M**atth. vj. **C**ū enī hō cū
suo inimico pactū seu conuentionē neq̄t iuenire
nisi mediante gladio vel totalit̄ se suū sui hostis
tradere. poti⁹ se morti debet exponere se defen-
dendo q̄ sic viriliter se suū tradere inimico. de
hoc dicit **Tull.** de q̄stionib⁹ cū inq̄t. **T**emp⁹ et
necessitas postulat. decertādū ē manu et virib⁹.
mors fututis turpitudini ē antepōnēda. **N**am
occidi pulchri⁹ ē q̄ ignominiose viuendo fūire
Moralit̄ diabol⁹ ē inimic⁹ n̄r crudelissimus. de
quo ps̄. diē. dixit inimic⁹ p̄sequar et cōprehēdā
diuidā spolia et implebūt aīa mea. d̄ hoc diē **Aug.**
li. sol. c. xv. **N**ihil aliū desiderat nisi vt me p̄dat
inimic⁹ et occidat. **I**nsup illos q̄ sibi fūiūt pess-
ime tractat. **N**unq̄ aut̄ sibi fūientib⁹ requiē pre-
stat. **I**ux illud **Hiere.** xxi. **S**eruietis dijs q̄ non
dabūt vob̄ requiē. **I**ō diē **Greg.** in omel. **I**ni-
stū ē fūire diabolo q̄ nullo placat obsequio. **E**r-
go fideles poti⁹ se debēt morti exponere q̄ talē
seruitutē subire. qz fortit̄ dimicātes ipm̄ poterit
superare facili⁹ diuina gratia coadiuti. **F**igura
Nume. xxi. ubi legit̄. **F**ilij israel venietes de egypto.
et euntes in terraz p̄missionis oportuit eos
necessario transire fines. **S**eon regis amorreo-
rum. ad quem filij israel missis legatis et datis p̄-
missionibus nihil tangi de p̄tinentibus ad ipsuz
Sed nec tantū aque guttas gustare de cisternis
suis. sed solum viam regiam gradientes nec de-
clinarē ad dextram nec ad sinistram non po-
tuerunt obtinere. nec **S**eon illis obtemperauit
vt sic permitteret eos transire. imo parato exer-
citu rex predictus amorreorum obuiam ascen-
dit filijs israel. ipsosqz capiens spoliare et oc-
cidere. **E**t videntes filij israel ascenderunt et
viriliter dimicantes victoriam obtinuerunt et
fugato rege atqz illius gente ciuitates eorum
combusserunt. **S**piritualiter rex **Rom** quī